



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

[De Societate officiorum. c. 40.]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

re huiusmodi montes non erigant  
 Sunt & alii montes Romæ, in qui-  
 bus non cessat pensio, etiam mor-  
 tuo pensionario; potest tamen  
 redimi pensio, & isti dant decem  
 pro centum. Alii autem redimi  
 non possunt. Sunt aliqui, qui hu-  
 iusmodi pensiones pluris vendit,  
 quam emerint, & licet: quia iidem  
 redditus, temporibus, & locis di-  
 versis, minus, & plus emi & vendi  
 queunt, sicuti & plus aut minus  
 valent.

*De Societate officiorum. C. 40.*

**S**ocietas officiorum, quæ Ro-  
 mæ exercetur, fundatur supra  
 quedam officia, quorū re-  
 ditus à Papa certo pretio vendun-  
 tur, & quia vix vnus reperiebatur,  
 qui tantam haberet pecuniam, qua  
 vnum tale officium posset emere,  
 concessum vni est, vt altero, aut

pluribus adhibitis sociis, talia officia emat, quibus pro rata reditus distribuatur. Sunt autem huiusmodi officia temporalia, & mortuo officiali, ad Papam redeunt, nisi officialis quinque diebus ante, officium alteri renunciauerit. Institutiæ verò horum officiorum duas condiciones apposuit Paul. 4. \* Prima est, quod tales societates fiant solummodo supra officia Romanæ Curia. \* Secunda, quod non admittantur ab officiali socii ultra pretii ipsorum officiorum dimidietatem, hæc tamen condiciones non sunt ex natura rei necessariae, apponi tamē nō debent, quia prohibita, si tamen sunt prohibita: nam Bulla Pauli iam reuocata est per Pium Quartum, qui solum præcipit, ne socii maiores reditus percipiant quam ex officio proueniant. Sed tamen abusus maximus in contrarium viget, exigunt namque multi eti-

am duodecim pro centum, qui ex officio nunquam haberi possunt, præterea tamen requiritur, ut cum officialis cæteris plus laboret, & sua industria sociis quæstû faciat, ut maiorem pecuniæ, vel fructus partem recipiat, quam socii. Hoc tamen auaritia humana adhuc expleta non est, nam doli, & fraudes aliæ multæ in iis committuntur prout ibi Toletus fusius exponit.

*De aliis societatibus. Cap. 41*

**S**unt, & aliæ societatis species  
 \*Prima cû multi simul operi  
 & pecunias suas negotiatio  
 ni exponunt, quæ est licita tribus  
 conditionibus seruatis. \*Prima. Vt  
 negotiatio sit licita, & non contra  
 iustitiam. \* Secunda, Vt se periculo  
 amittendi capitale exponant,  
 sicut lucrum pariter volunt per  
 cipere. \* Tertia. Quod lucrum

propor.